



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1732. usque ad annum 1734

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1785

VD18 90119339

§. 74. Tres Præsules a Clemente XII. Pontifice Romana Purpura decorati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67683](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67683)

Nerei. Princeps erat inter Ecclesiasticos Religiosissimus, inter Aulicos in rebus publicis longe versatissimus, prudentia ac pietate gravis, colloquio comis, erga omnes beneficus, nulli infestus, in ferendis sententiis æquissimus, in præmiandis proborum virtutibus liberalis, in plettendis reis inter impunitatem & rigorem moderamen tenere assuetus, præcipue erga Sacerdotes delinquentes, quorum vitia, si secreta pæna corrigere potuit, ad publicam non procellit.

Sæc. XVIII.
A. C. 1733.

§. LXXIV.

Tres Præsules a Clemente XII. Purpura Romana decorati.

Dolorem, quem Purpuratorum Collegium ex obitu tot præstantium Virorum senserat, temperaturus Pontifex, die secunda Martii habito, ut ajunt *Consistorio secreto* Dominicum Riveram Urbinatem, Proto - Notarium Apostolicum, & S. Consultæ Secretarium palam enuntiabat Cardinalem Presbyterum tit. SS. Quirici & Juliettæ. Præter hunc die vigesima octava Septembris adhuc alios duos Præsules Sacro Collegio adscripsit, & quidem primo Marcellum Passerium Arianensem, Archiepiscopum Nazianzenum,

D d 4

&

Sæc. XVIII. & Papæ Auditorem, qui Pres
A. C. 1733. Cardinalis titulum gerebat S. de
 de Ara Cæli. Huic Pontifex jam
 priori Purpuram destinaverat; plura
 tamen Cardinalium oppositionem
 ritus, rem adeo religiose premebatur
 lentio, ut hoc suum propositum
 suo Cubiculario, & quidem prius
 paucis ante Consistorium horis
 festaret: Rem tamen subodoratus
 Cardinalis Corsinius, ne aliunde infor
 tate presso Pontifici molestia fieret
 consistorium differri præcepit, mox
 unacum Guadagnio Cardinale Por
 cem accessit, rogavitque, ut Passer
 cum dispendio suæ auctoritatis et
 letudinis non enuntiaret, priusquam
 Cardinalium animi ob varias causas
 in hunc Præfulem exacerbati concu
 rentur. Horum votis cedere laque
 tulum cunctabatur Pontifex, re tam
 maturius pensata eorum secutus
 consilium. Porro alter, qui eadem
 die Cardinalis renuntiabatur, erat Jo
 nes Baptista Spinula patria Genuesis
 Protonotarius Apostolicus, Urbis
 manæ Governator & S. R. E. Vice-Camer
 merarius, qui nominatus est Card
 nalis Diaconus tit. S. Cæsarei